CAUSA

CAROLI LUDOVICI

PRINCIPIS PALATINI

PRO

ELECTORATU

PALATINO,

C. del Colegio Mor del Arzbpo.

Contra

D. NICOLAI BURGUNDI &c.

Chimeras, ſive Electuras ejuſdem Bavaricas.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ANNO DOMINI

CIↃ IↃCXLIII.

AVGVSTISS. IMP. ROM.

FERDINANDO III.

REVERENDISS. SERENISS. AC ILLVSTRISS.

S. Rom. Imperii

SEPTEM-VIRIS

in his

PALATINO I. CAROLO

LVDOVICO &c.

Jure ipſo, ac ſuo, Bullâ Aur. & Cæſareâ juxtà atque Electorum reſervatione; Electori legitimo, &c.

REVEREND. AC ILLVSTRISSIMIS

Imperii, in primis

PALATINO-BAVARIS

cœteris, Principibus &c.

REVEREND. ILLVSTRIBVS, GENEROSIS, ET SPECTABILIBVS

Imperii Statibus ac Ordinibus, &c.

ROmanos non manu tantùm, ſed linguâ etiam ſuperare gentes; Aventinus Bojorum Salluſtius (præconio Freheri Reſponſoriâ ſuâ fol. 27.) Plinii teſtimonio nobis, lib. 2. refert. Quod linguâ Romani, id calamo armato Scriptores Bavari

PARS PRIMA ELECTORATVS PALATINI.

Complectitur proemium Burgundi, & ſtatum controverſiæ cum duobus fundamentis male jactis ab eodem.

BVrgundius rem ipſam orditur *fol.* 3. cum elogio Gebwoldi & ejus libelli de ſeptemviratu, ab uno propoſito ſuo ornamenta majorum armato calamo ſe Bavaris reſtituere velle, quæ Antagoniſta Palatinis aſſignet, hîc in genere cum obteſtatione ſe nemini injuriam inferre; Nam quotquot hodie ſint Palatini Comites, originem ſuam debeant Bavaris, & Ludovicum Severum Bavariæ Ducem eundem omnes progenitorem agnoſcant.

Deinde terminum temporis à quo, & fundamentum ſimul propoſitionis ſuæ poſiturus, *fol.*4. incuna-

PARS SECVNDA.

Refutando complectitur, ut diſpoſitione Libelli noſtri initiò videre eſt ampliùs, tria Puncta, quorum 1. Fundamentum 3. Burgundi. 2. Faſciculus 21. Argumentorum à Burgundio repetitorum à folio 192. ad fol. 296. ſui Libelli, Elect. Bavarici. 3. Applicationem Exempli Caroli V. & Ferd. II. Imp. malam Burgundi cùm Epilogo Libelli falſo.

PRimò Fundamentum 3. Bavaricum, exſtruitur ex actionibus Caroli IV. Imp. & Bullâ Aureâ Imperii, per Burgund. *fol.* 6. *& à f.* 54. *ad fol.* 95. Sic Bulla Imperii Nempe, conſideranda venit bifariam hîc. 1. In præparatoriis ad illius errorem communem ſeu antecedentibus *à fol.* 54. *ad fol.* 92. 2. In Bullâ ipsâ ſeu errore communi allegato ipſo *fol.* 92. *ad fol.* 95. quod ipſis argumentis Gebwoldi ex profeſſo ampliùs tractatur *à fol.* 246. *ad fol.* 254. *& fol.* 257. *in Burg.*

Vtrobique inde videtur Contradictio ratione Imperatoris Caroli IV. & Imperii Bullæ Aureæ, voluntatis & poteſtatis, h. e. in facto & jure? ſive juſtitiâ aut injuriâ rei.

Primo fundamento equidem præmonuimus tertium ſuperfluum fore duobus præcedentibus non probatis de jure nimirum Bavarorum regionis & familiarum Bavariæ

ELECTORATUS PALATIN:

PARS III.

M. DC. XXXXII.

SERENISSIMÆ HEROINÆ

D. ELISABETHÆ REGINÆ

BOHEMIÆ, ELECTRICI PALATINÆ VIDVÆ, &c. Serenïſs. JACOBI & CAROLI REGVM M. BRITANNIÆ; illius filiæ Vnicæ, hujus ſorori, &c. DOMINÆ MEÆ CLEMENTISSIMÆ.

PEr mirum meritò M. V. videbitur, Imperii Germanici ut gentium, quin humana & divina primogenituræ jura, ac prima inſtituta, conſuetudines antiquiſſimas ſine diſcrimine, per latus cauſæ Palatinæ Electoralis diuturnâ belli civilis tempeſtate jugulari, clandeſtinis ut publicis obreptionibus atque cauſidicâ vafritię, ſive Academicâ ſubtilitate ſeu calliditate ſophiſticâ, LL. in his fundamentales maxumè cum latoribus & Impp. ſugillari; ſic impunè tandem figi ac refigi privatorum quorundam licentiâ ac libidine aſſentandi, tentari. Sic ſanè, ſtupenda Res in terris eſt dubio omni procul civibus Imperii juxtà cum exteris: Monſtroſa planè Sereniſſimo Regi V. M. fratri cariſſimo ut cuncto M. Brittannię Regno, quo prȩrogativâ primogenituræ vel infimæ ſortis homines, antiquitùs & uſque, jure & uſu Regni, potiuntur. Atqui cùm peſtis belli interni innumera mala ſecum ferat & hæc non in minimis ponenda videantur, con-

PARS TERTIA.

Continet III. Puncta.

Primò probationem uti diximus Palatin. ſeu defenſionem, trecentis circiter argumentis, exemplis & authoribus: Deinde poſitionem fundamentorum Bav. Burgundi, pro probatione amplius Palat. Tertiò delineationem regionum præſentis domus ex actis & hiſtoriis inſtituto noſtro accommodatam; Cum Appendice. 1. Dacumentorum allegat. 2. Contrarietatum Burgundi, Et 3. Genealog. Palatinæ quæſtionibus hic applicatæ pro diſpoſitione dicta libelli præmiſſâ.

DVm verò nos accingimus probationibus Palatinis Primò omnium pro ſuperfluo q. diſtinguemus ambiguitates quæſtionum & vocum, ſuperiùs *part.* 1. *fol.* 32. & *part.* 2. *fol.* 225. 239. acu quaſi tetigimus, per ſe non contradictoria eſſe, *Palatinatus Rheni eſt Electoratus. E. Bavaria non eſt Electoratus*, cùm *teſtimonio Burgundi* ſint ſeparati principatus, *d. fol.* 208. & *à ſeparatis nil inferendum, eodem teſte*, & *quòd alter Electoratus non pellat alterum, nec impediat.*